

R-119

SAVONAROLA, Girolamo (1452-1498)

Expositio orationis ... /

Hieronymi Savonarole ... — *

[S.L] : [S.n], 1517



5

Expositio oratio

nis dñice fratris Hieronymi Sauonarolę Ferrarien-
sis ordinis Prędicatorum. Et sermo eiusdem in vigi-
lia natiuitatis domini coram fratribus habitus.



Frater Hieronymus Sauonarola Ferrensis: ordinis Prædicatorum, Philippo Lorio. S. D.



Aborasti in christo dilectissime Philippe pro-
bus spiritualib⁹ & diuinis
bis & alijs multis in etern
profuturis. Aequum est
nos quibus præcepit deus
apostolum, Grati estote,
tuo spirituali profectu lab
mus. De labore igitur manuum nostrarum hoc
uum (quæ tu instantissime flagitasti) munusculū si-
plici corde benignoq; suscipe vultu: Sciens hæc t
(si opere compleueris) magis profutura quæ scripta p
losophorum: qui semper addiscentes, nunquã ad scien-
tiam veritatis peruenerunt. Vale.

traa
Va
lesta
re
sno
um
vt &
per
pro
ore
par
me
ibi
hi
na

Procemium in expositionem orationis Dominicę.



Religio est virtus / per quam
exhibetur debitus cultus
deo tanquam vniuersali prin-
cipio: & gubernatori oim.
Duplex autem est cultus: Ex-
terior / & interior. Exteri: r-
vero ad interiorę ordinaf.
Sacramenta eni ecclesię / ac
laudes exteriores: & oia que

ad ceremonias pertinent / ad interiora mentis edificanda sunt ordinata: ideo principale studium vitę religioſę christianorum oim esse debet per actus interiores colere deum. quis & exteriores actus / eosque preſertim ad quos obligati sunt / relinquere non debeant. Interiores autem actus sunt / legere, orare, meditari, & contęplari, qui pertinent ad intellectum: per quos excitatur spes / charitas / & deuotio: ac ceteri actus, qui pertinent ad affectum, vt sit homo in cognitione & amore dei perfectus. Quia ergo intellectus precedit affectum / & nequaquam amare incognita possumus / necesse est eum qui vult ad diuinum amorem peruenire, in quo vitę spiritualis summa sita est: in actibus interioribus intellectus, quantum potest / assidue versari. Et ideo tradidit nobis deus sacras scripturas: vt per eas ad intelligenda sue bonitatis puenientes / excitemus affectum nostrum ad eandem dilectionem dei & proximi, sine qua si quis que cetera oia faciat nihil est. Quicumque autem veram intelligentiam scripturę diuinę cupit habere / prius eam lectitare: sibi que fami-

*actus interior
sibi oim*

*per + tra d. 4
sunt nobis fac
sunt*

liarem facere debet. Et cū sensum auctoris principale
qui literalis dī fuerit p̄secut⁹: postea meditādo i eis-
dē sensus mysticos iuestiget: quos certe ex alijs aperti-
oribus locis elicere poterit. Verum quia scire & non
operari nihil est: euz peruenient ad intelligētiā spūa-
lem oret deinde deum vt per gratiam ipsum vsq; ad
amorem opusq; perducatur. Sic enī faciens singulis die-
bus, ita proficiet q̄ ad contēplationez facilliter subue-
hetur. Vt autē facilius & apertius ea q̄ diximus intel-
ligi possint: & ad alias scripturas aperiendas pateat
via: dñicam orationem quę omnibus manifestissi-
ma est, adducam⁹ in mediū: ipsamq; & eius x̄ba per-
scrutemur legendo, meditando, orando, & cōtēplādo
Et quę de ipsa dicentur hęc de alijs quoq; scripturis
iuxta qualitatem singularum intelligamus.

¶ Proœmiuz super primam exposi-
tionem quę dicitur lectio.

NATER noster &c. Qui ad lectionē sacrarū
scripturarum accedit sine lumine superna-
turali seipsum impediatur & irrideatur: quia
leget & non intelliget. qđ est frustra terere
tempus. Naturales enim scientię per lumen natura-
le rationis: qđ oibus inest, intelligi possunt. At sciētia
diuinitus inspirata nō nisi diuino lumine potest ap-
prehēdi. Hinc euenit qđ multi scripturas legētes & nō
intelligentes despiciūt illas: & impletur in eis vaticiniū
Esaię dicētis. Erunt vobis visio oim: videlicet p̄pheta-
rū, sicut x̄ba libri signati: quia scz nō iudicat cecus de
colorib⁹. Vtinā saltez humiliter rīderent id qđ verba
Esaię p̄dicta statim sequitur. Quē inqt cū dederit sciēti-
literas, dicent: lege istū. & rīdebit nō possum. Signa

tus est eni. Et dabitur liber nescienti literas / diceturq;
 ei: lege. & respondebit nescio literas. Nemo enim po-
 test scripturas intelligere siue doctus siue indoct⁹ fue-
 rit / absq; lumine illo a quo immediate dependet. itaq;
 nullus ad eas nisi purgatus accedat. que cum tra-
 sent de altissimis rebus / requirunt etiam magnam
 mentis attentionem. Quisquis ergo vult a lectione
 scripturarū fructuose recedere: postq̄ fuerit a pecca-
 tis purgatus & seculi huius sollicitudinibus semot⁹
 solitari⁹ in cubiculo suo cū fide & humilitate lectur⁹
 accedat p̄missa oratione, vt illustrat⁹ luce diuina per
 orōnis efficaciam ad earū valeat p̄fectā intelligētiam perue-
 nire: atq; in semetipso sentire q̄ legit. i. p̄ bona opera
 q̄ facit earū secreta scrutari: vt ei⁹ intelligētia non taz
 de cōmentarijs q̄ de lumine sibi dato diuinitus: & de
 venis experientię procedat. Legat aut̄ nō cursim / sed
 vnūq; x̄bū cōsideret diligēter: atq; fideliter credat
 oia q̄ legit verissima eē: vt pote ab eo edita q̄ errare nō
 pōt. Cū reuerētia igitur & tremore x̄ba orōnis dñicę
 sunt legenda: vt ad verā eius intelligentiā p̄stante ip̄o
 qui illam composuit aspirare valeamus.

Dater noster. Deus pater hoīs speciali quo
 dā p̄uilegio dicit. Primo p̄pter creationē
 singularē: q̄ creauit eū ad imaginē & si-
 militudinē suā. Sc̄do p̄pter gubernatio-
 nē specialē q̄ gubernat eū nō tanq̄ seruū / s; tanq̄ dñs
 aliarum creaturarū: & p̄sertim electos suos speciali
 quadam prouidentia regit / quib⁹ facit omnia in bo-
 nū cooperari. Tertio p̄pter adoptionē sup̄naturalē:
 quia per sanguinem Christi filij sui vnigeniti adopta-
 uit eum: & vitę eterne ipsū heredem instituit.

¶ QVI es in cælis. Si per cælos intelligimus hos corporeos quos oculis cernimus, Deus dicitur esse in cælis: non quia sit in eis tanq̄ in loco: cum enim sit vbiq̄ non potest intelligi q̄ sit in cælis tanq̄ in loco circūscriptiue/vel diffinitiue: sed dicitur deus esse in cælis per operationem nobilissimam. Cum enim in rebus omnibus sit: quia in omnib⁹ operatur: principaliter tamen dicitur esse in cælis: quia in eis nobiliores effectus operatur. Vnde & per cælos nos p̄fectius i cognitionē nature eius peruenimus. Sicut enim cæli sunt corpora sublimia/ & causę eorum quę inferius generantur/ & incorruptibiles ac lucidi: ita natura diuina sublimitate sua excedit omnia. Potestate conseruat vniuersa. virtute in vniuersis operatur. Aeternitate immobiliter manens dat cuncta moueri. Luce ineffabili omnia perlustrat. & illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si autem per cælos intelligimus angelos & beatos/veletiam sanctos viros, iuxta illud. Cæli enarrant gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. dicitur esse in cælis: quia in beatis per gloriam/in sanctis vero qui sunt in presentivita per gratiam inhabitat. Si vero per cælos itelligimus bona eterna iustis promissa, iuxta illud, Merces vestra copiosa est i cælis, dicitur esse in cælis. i. in bonis æternis: quasi paterfamilias qui filiis præparat bona: in quibus dicitur habitare opere præparando cum intentione exhibendi.

¶ SAnctificetur nomen tuuz. Nomen dei primum & principale, si deus absolute cōsideretur/est hoc nomen/qui est. Si autem deus cōsideretur vt causa: secundum Dionysium est hoc nomen/bonum. Finis

ph 18

in acti 11

enim est causa causarū: & finis & bonum conuertun-
tur. Cum ergo deus sit prima causa: maxime ei con-
uenit hoc nomen bonum. Vnde secundum sentētiā
saluatoris, Nō est bonus nisi solus deus. Etenim ipse
solus est bonus per essentiam. Quis igitur intelligas-
tur hęc prima petitio de quolibet nomine Dei: specia-
liter tamen referenda est intentio ad hoc nomen Bon-
num: vt optemus bonitatē dei diffundi in cordibus
hominum: quia per hoc homines sanctificantur &
in ipsis sic sanctificatis ipsum nomen dei etiam san-
ctificatur. i. sanctus habetur ac venerabile. Petimus
ergo vt nomē dei primo sanctificetur in nobis: vt sci-
licet dei bonitatem cognoscamus & ex toto corde di-
ligamus. Nam philosophi cum cognouissent deū
nō sicut deū glorificauerunt aut gratias egerūt: quia
eius bonitatē non cognouerūt. Nō enim potuerunt
intelligere tantam esse dei bonitatem: vt vsq; adeo se-
ipsum exinaniret vt homo fieret & obediret vsq; ad
mortem: mortem autem crucis. Quā cū per apostolo-
rum prædicationē cognouissent hoies: statim peccata
reliquerunt & in tam dulcissima bonitate sanctifica-
ti sunt: cupientes hoc nomen sanctificari prius in se-
metipsis per cognitionem & amorem: deinde in cęte-
ris hoibus per totū orbem terrę diffusis. Dicamus er-
go Sanctificetur nomē tuum: primū in nobis. i. a no-
bis cognoscat, ametur, & honoret. Deinde p̄p̄dicatio-
nes, exhortationes, benedictiones: & miraculorum
operationes in totū orbem diffundatur: & ab oibus
hominibus sanctū & celebre habeatur. non tantū vo-
cib; & linguis, s; etiā operibus bonis & perfectis. Vt
sic luceat lux eorum corā hoibus: vt ipsi vidētes opera

quod nomen
dei sanctifi-
candū

eorum glorificent patrem nostrū qui in cēlis est.

¶ AD Veniat regnū tuum. Hęc petitio potest primo intelligi de ipso regno dei. qđ super omnes habet De⁹ Et quia in presentī tēpore impij & peccatores videntur quasi liberi ab eius potestate: ac si Deus nō regnet super eos: quia non punit eos: de iustis quoq; nō videtur habere prouidentiam: dum eos permittit multa mala sustinere: ideo petitur vt veniat. i. vt manifestetur regnū ipsius: in punitione malorum & retributione bonorum. Ne iugiter tota die blasphemetur nomē eius: & dicatur. Deus non habet prouidentiaz de hominib⁹: vel deus non est iustus. vt impij blasphemātes quotidie dicūt. Potest etiam intelligi de regno dei. i. de beatitudine quā sanctis suis p̄misit. quā summo desiderio appetūt orātes & dicētes. Adueniat regnuz tuū. Meli⁹ tñ ac verius intelligit̄ de vtroq; regno.

¶ FIAT volūtas tua sicut in cēlo & in terra. In cēlo si quidem Emphyreo & in ęterna beatitudine per abundantia gratię consummatę ab omnibus beatis fit volūtas dei. Petitur ergo hic. vt in terra, id est in hominibus in terra degētibus, per abundantiaz gratię fiat volūtas dei. sicut fit in cēlo. non quidē equaliter. quia inter viatores & cōprehensores magna distantia est. sed similitudinarie. videlicet. vt seruiamus deo corde recto & sincero ad similitudinem Beatorum.

¶ PANEM nostrum quotidianum da nobis hodie. Quia homo cōponitur ex duplici substantia. scz anima & corpore: cum sit fragilis seu debilis in vtraq; natura: indiget cibo & spiritali & corporali. Petitur ergo hic pro anima cibus spiritalis qui est verbum dei: iuxta illud. Non in solo pane viuit homo: sed in

omni verbo quod procedit de ore dei. Et sacramentum eucharistie iuxta illud. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. ideo alius Euangelista dicit. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Petitur etiam pro corpore: corporalis panis: per quem intelligitur quilibet alius cibus. & quicquid pertinet ad necessitatem corporis: ut vestis & domus ceteraque huiusmodi. Non nominat autem nisi panem: ut intelligamus de corporalibus bonis solum necessaria esse appetenda.

¶ ET dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui enim aufert aliquid ab ullo: debitor eius constituitur: & id quod ablatum est debitorum eius dicitur. Nos autem dei sumus: omnia quoque nostra ipsius sunt: per quae omni tempore deum honorare debemus. Omne vero peccatum est quedam dei inhonoratio: ideo cum peccamus honoraeque debemus deo, auferimus. propter quod debitores eius sumus: & ipsa peccata debita sunt quae nobis dimitti rogamus dum ea relinquere proponimus: & de cetero in operibus nostris deum honorare studemus. Ut autem ad dimittendum nobis eum prouocemus, Debitoribus nostris. i. illis qui nos offenderunt, etiam nos debita & offensas dimittimus. Si quis ergo debitoribus suis offensas non dimittit: veniam a deo sperare non potest. Nec propter hoc tamen qui durus est corde & inimico non vult parcere: debet hanc orationem vel hanc huius orationis partem dum deum orat dimittere: sed eam dicat in persona ecclesiae: quia sic non errabit: eo quod ecclesia debitoribus suis dimittit offensas: alias quotiescumque quis nollet hanc orationem vel hanc orationis partem

dicere: quia non vult debitoribus suis offensas dimittere peccaret mortaliter: non quia non vult hanc dicere: sed quia ea dicere non vult: quia parcere renuit.

¶ ET ne nos inducas in tentationem. Aliter deus tentat: & aliter diabolus. Deus enim tentat vt ad bonū: non vt ad malum inducat. Iuxta illud Iacobi. Deus intentator malorum est. Tentat etiam deus. i. pbat iustos: nō vt ipse cognoscat: sed vt eos alij cognoscāt & imitentur. Sicut tentauit Abraham & Iob. Diabolus autem tentat. i. pbat hoies vt ad maluz inducat. Probat autem vel per exteriores mūdi res: vel per carnem: vt per cōsensum pertrahat ad p̄ctm̄. Dicit ergo Et ne nos inducas in tentationem. i. ne pmittas nos induci a diabolo: vel a mūdo: vel a carne in cōsensuz peccati. In scripturis enim frequenter dicitur deus facere: qđ ipse proprie non facit: sed fieri permittit. Sicut in Exodo de seipso dicit. Ego indurabo seu indurauit cor pharaonis. Et iterum ad pharaonem. In hoc ipsum excitauit te: vt ostendam in te virtutem meaz & annūcietur nomen meum in vniuersa terra. Ita hic dicitur. Et ne nos inducas in tentationem: non quia ipse inducat hoies ī tētatiōis cōsensum: sed qđ exigentibus demeritis eorū aliqui permittit eos induci.

¶ SED libera nos a malo. Quis enim tribulationes sint nobis necessarię sine quibus virtutes neq; augeri: neq; conseruari possunt: tamen ab eis optamus liberari. non quidem vt non superueniant: sed vt nos dei pietas consoletur: ne nos illę prosternant. Siquidem in tribulationibus nemo perseuerare potest ī bonis operib⁹ sine dei omnipotētis adiutorio speciali. Quidam tamen hanc vltimam petitionem intelli-

gunt eandem esse cum præcedenti: eo quod in præcedenti: dum rogamus deum ut non permittat nos in cōsensum peccati cadere: quasi totam petitionem perfecte complectentes subiungimus. Sed libera nos a malo. id est a diabolo vel ab inferno: ubi est summa miseria: quæ est vere malum quasi per Antonomasiam dictum.

¶ PER Iesum christū dominū nostrū. Hæc particula non incōgrue a fidelibus additur quādo priuate orāt non publice: quia mos ecclesiæ in publico est seruandus. Quin & ecclesia in oratiōibus suis publicis quasi semper hanc particulam iure subiungit. Cuz enim omnia nostra merita fundentur in merito passionis Christi per quem dona omnia nobis donantur: cōueniēter etiam per ipsum omnia petere debemus: sicut per ipsum patri de omnibus gratias agimus.

¶ AMEN. Hoc verbū tripliciter interpretatur: videlicet. Veritas. Fideliter. & Fiat. Recte ergo facta hac oratione vltimo respondetur Amen. ac si dicatur. Veritas est quod deus est pater noster: & quod est in cælis. & nos ab eo fideliter hæc petimus. id est in fide eius perseverantes & eum amantes. Fiat igitur nobis ab eo quod petitur.

¶ Proœmium secundæ expositionis.
Quæ dicitur Meditatio.



DATER noster qui. &c. Cum deus sit auctor sacre scripturæ: nulli dubium esse debet verba illius tanti ponderis esse: ut nullus hominum ad eorum perfectam intelligentiā peruenire queat. Si ergo verba excellentissimorum viroꝝ tanto studio examinamus: ut ad eorū sententiā pueniam⁹: quāto magis verba dei pōderare

debemus cuius sapientię nō est numerus. Per lectio-
nē igitur iā aliqd intelligētę cōsecuti debem⁹ deinde
verba sanctissima meditari & spicas cum apostolis
manibus cōfricare: vt relictis paleis ad grana perue-
niamus. Insuper & grana terere dentib⁹: vt medullas
eoy eliciētes panem ex ea dulcē cōficiamus. Quicun-
q; enim fideliter, humiliter & corde sincero medita-
tur sepe scripturas mirabiliter tū in intelligētia tū in
amore p̄ficit: nec vnq̄ ab eis sine fructu recedit. Qui-
etiam in eadē sententia nōnunq̄ deus dat novos sen-
sus: dum frequēter eandem mente reuoluimus. Post
lectionem igitur orationis dñicę iterū eius verba me-
ditādo quilibet ad animam suam conuersus procul
ab omni strepitu seculi sic ei loquatur & dicat.

¶ Meditatio.

Pater noster. Anima mea: si deus pater no-
ster est per creationem singularē & guber-
nationem specialem: & adoptionem su-
pernaturalem: certe summo nobis affe-
ctus est diligendus. Nam & quilibet effectus diligit
causam suam: & bonum particulare diligit vni-
uersale: etiam super seipsum. Si pater est: honoran-
dus est: non solum verbis, sed etiam corde & opib⁹
Si pater est: imitandus est: quia filius debet imitari
patrem bonum & iustum. Vnde saluator dicit. Esto:
te perfecti: sicut & pater vester cœlestis perfectus est.
Si pater est, obediendum est illi, vt seruemus omnia
p̄cepta eius. Si pater est: castigaciones eius patien-
ter sustinere debemus. Quis enim filius quem non
corripit pater? Corripit autē non ex odio: sed ex amo-
re, vt faciat sibi filios perfectos. Si pater noster est, id

est omnium hominum: & maxime electorum. ergo fratres sumus. Diligamus itaq; nos inuicem. Diligamus autem vere: ut unusquisq; desideret fratri suo eternam salutem: cum simus unius patris filij coheredes eternæ vitæ. Diligamus iuste: ut videlicet maiora bona magis desideremus fratribus nostris: videlicet magis spiritualia q̄ temporalia / magis gratiam & gloriam: q̄ diuitias & honores: magis bonos q̄ malos: magis perfectos q̄ imperfectos. Diligamus sancte: ut in eis & in eorum operibus queramus gloriam dei: & salutem animarum. Diligamus opere: ut non soluz lingua: sed etiam operibus amemus ut beneficiamus eis: & eorum necessitatibus subueniamus. Diligamus intense, id est ex intimo affectu: ne in nobis sit aliqua radix amaritudinis: rancoris: seu maliuolentię. Diligamus extense, ut scilicet extendamus charitatem nostram vsq; ad inimicos: quia omnes fratres sumus. Diligamus perseueranter: quia qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Igitur in his duobus verbis Pater videlicet & noster: consideremus duo precepta charitatis: ex quibus lex & prophetę pendent. sicut scriptum est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua. & ex tota mente tua. & ex omnibus viribus tuis. & proximum tuum sicut teipsum.

¶ QVI es in cœlis. Vbi est pater tuus anima mea ibi tua hæreditas est. Considera ergo cum ipse sit in cœlis: te non habere hæreditatem in terris. Peregrina igitur es: & ad patriam hæreditandam properas. Ideo quasi peregrina in hac vita terrena bona non quaerant. Sufficiat tibi habere necessaria: & quemadmodum

quod debemus
in re Dilige



peregrini semper cogitant de reditu in patriam / ita
etiam tu mente in cœlis conuersare: tendens illuc ad
eum de quo dictum est. Querite faciem eius semper.
SANctificetur nomen tuū. Si boni filij o aia mea
honorant patres suos carnales: q̄to magis nos hono-
rare debemus patrem nostrum ęternū, a quo oia no-
stra bona dependent? Verū quia eum non videmus:
& per visibilia inuisibilia cognoscimus: in sacramen-
tis visibilibus deus nobis proponitur honorandus.
Nō enim honoramus creaturā ppter se: sed ip̄m deū
creatorē & patrē per creaturā significatū. Quia vero
inter alia que significant / specialiter ad nomen perti-
net significare: vnde & diffinitur q̄ sit vox significa-
tiua ad placitū: ideo inter cętera in quibus deū hono-
ramus / specialis mētio fit de noie: sub quo tñ oia alia
deum significātia intelliguntur. Sanctificare ergo de-
bemus deū & honorare: nō solū corde purificādo cō-
scientiā ab omnibus inq̄namētis & affectibus terre-
nis sed etiā lingua ip̄m p̄dicādo, laudādo, & bñdicē-
do. similiter & operibus obseruādo p̄cepta ei⁹, & bñfa-
ciēdo nō solū corā deo / sed etiā corā oibus hominib⁹.
Debemus etiā honorare eū genua flectendo & ipsum
adorādo: nec non & crucē imaginesq̄ ei⁹: ac matrem
ipsius & oēs sanctos ecclesię p̄latos & sacerdotes, re-
ges & principes, iudicesq̄, & oēs q̄ tenēt p̄sonas eius.
Similiter sacras scripturas honorare debemus taz in
scripto q̄ in voce: ne inter vana inseramus aut cōseri-
bamus sacrę scripturę verba: nec cōculcem⁹ ipsa pedi-
bus: nec noiemus in uanū per iocū vel risum / siue lu-
d. brium: sed cū oī grauitate & reuerentia tanta sunt
dei verba p̄ferēda & audiēda. p̄sertim aut̄ hoc venē

rabilenomē Iesus. iuxta illud. In noīe Iesu omne genu
flectatur/ cęlestium, terrestrium, & infernorum.

¶ **AD** VEniat regnū tuū. Amatores huius seculi aīa
mea/ terrenas diuitias cupiūt: regna peritura perqui-
runt: amici regum esse satagūt: & eos principes quos
amant/ prosperari desyderant. Nos autē deo dicam⁹
Adueniat regnū tuum. O q̄ magnum est hęc regnū:
in quo vt inquit Augustinus, nō est paupertatis me-
tus/ non egritudinis imbecillitas, nemo irascitur. ne-
mo inuidet. cupiditas nulla exardescit. nullum cibi
desyderium. nulla honoris pulsatio aut potestatis am-
bitio, nullus ibi diaboli metus. insidię demonū nul-
lę. terror gehēne procul. mors neq; corporis/ neq; aīę
sed immortalitatis munere vita iucunda. Nulla erit
tunc vsq; discordia: sed cuncta cōsona/ tranquilla sunt
oīa: iugis splendor: Verum super hęc oīa est cōsociari
angelorū cōtibus: oīmq; cęlestiū: supernarū virtutū
cōturbernis perfrui: & intueri agmina sanctorū splē-
didius sydenibus micantia, patriarcharū fide fulgen-
tia, prophetarūq; spe letātia, apostolorum in duode-
cim tribus israel/ orbē iudiciātia, martyrorū purpureis
coronis victorię lucentia, virginum choros candē-
tia festa gestātes inspicere. De rege autē qui horū medi-
us residet/ dicere vox nulla sufficeret. Si enim quoti-
die nos oporteret tormenta perferre/ si ipam gehēnā
paruo tēpore tolerare vt christus videre possimus in
gloria veniētē/ & sanctorū eius numero sociari: nōne
dignū erat pati omne qd̄ triste est, vt tanti boni tātę
q; glorię participes haberemur? Ideoq; toto desyde-
rio clamem⁹ ad dñs Adueniat regnū tuū. oīa terrena
regna & gliaz eorū tāq; detrimēta & stercorea reputātes

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. O
uia mea cum tu sis pretiosior corpore / prius debem⁹
querere cibum tuum qui est verbū dei & corpus Chri
sti, q̄ cibū corporis tui. Non autē oēs qui legūt vel au
diūt verbū dei & sumūt corp⁹ christi: sumūt illud de
manib⁹ dei. Qui enī scripturas addiscūt / vel audiūt
vt sciant dūt axat: aut vt sciātur: nō autē vt sanctificē
tur & operentur, de manu dei panē verbi dei nō acci
piunt: sed de manibus suis: ita & qui cum peccato ac
cedunt ad sacramentū eucharistię: panē cęli de mani
bus dei nō sumunt. Nos ergo patri nostro cęlesti di
camus Panē nostrū quotidianū. i. verbum tuum da
nobis hodie: ne deficiam⁹ in via. vt q̄a quotidie defi
cimus: quotidie nos pater noster pascat & nutriat / in
tus illuminādo corda nostra charitate diuina: vt gu
stemus & videam⁹ qm̄ dulcis est dñs. Nisi enī ip̄e in
tus illuminauerit & accēderit corda nostra / inuanuz
sumimus panē nostrum. i. verbū dei & corpus christi
Quotidianū autem dicimus: & da nobis hodie: qua
libet die dicere debemus. quia qualibet die ac singulis
horis si fieri pōt: verbū dei comedere debemus legen
do, meditando, orando, & contēplando, cantantes &
psallētes in cordib⁹ nostris, dñō gr̄as agētes semp per
Iesuz christū dñm nostrū & saluatorē. Similiter & pa
nē sacratissimuz corporis Christi quotidie, saltē spi
ritualiter sumere debem⁹: deuote. s. audiēdo missaz:
& cum sacerdote pariter cōcelebrando. Sepe etiam sa
cramentaliter illum mysticum panē sumamus / ius
ta deuotionē cordis nostri cōsiliūq; patris spiritua
lis: quia dicit Augustinus, Quotidie cōicare nec laud
donec vitupero: diebus tñ dñicis cōmunicandū hora

*Pr. v. p. p. m.
in h. d. m.
m. d. i.*

tor. Et quia deus dat semen ferenti & panem comedenti
debemus etiam ab eo sperare/atque ab ipso petere pa-
nem ac cetera necessaria ad vitam corporalem. Sic tamen spera-
re: sic petere, ut non sint nobis in voluptate; aut peccatum
ideo docet nos petere non superflua: sed solum necessaria
dicēs panem. & hoc intellige de necessarijs secundum statum
vniuscuiusque: sed quia homo non debet esse ociosus, iuxta
illud apostoli, Qui non laborat non manducet: ideo di-
cit nostrum. i. non alienum ne simus sicut fures: sed de no-
stro labore acquisitum: quia scriptum est. In sudore vultus
tui vesceris pane tuo. Et quia aliqui sunt nimis sol-
liciti de crastino: ideo ad tollendam hanc sollicitudi-
nem dicit Quotidianum. i. de die in die: vel de tempo-
re in tempus, ut provideamus nobis victum & vestitum
non respicientes tempora longissima & casus omnes qui eue-
nire possent: sed ea solum que possunt verisimiliter eue-
nire. Reliqua vero debemus committere deo: creden-
tes quod quod pascit aves celi: & sic vestit lilia agri & fenenum:
quod hodie est & cras in clibanum mittitur, multo ma-
gis providebit nobis omni tempore. Quia vero pos-
set deus vno momento omnia nobis auferre: sicuti
vna hora Iob inopem fecit: ideo singulis diebus dica-
mus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, re-
cognoscentes a deo omnia quibus quotidie utimur ad vi-
ctum & vestitum. Ideo sancti viri & christiani religiosio-
res antequam comedant benedicentes mesam dicunt. Oculi
omnium in te sperant domine & tu das illis escam in tempore
opportuno: & Benedic domine hec tua dona que de tua lar-
gitate sumus sumpturi &c. Et post prandium etiam
accenam de perceptis muneribus gratias exhibentes di-
cunt. Agimus tibi gratias. & Benedictus deus in do-

nis suis: cum ceteris gratiarum actionibus.

¶ ET dimitte nobis debita nostra &c. Quia enim ad remissionem peccatorum anima mea necessario requiritur gratia & liberum arbitrium, necesse est si volumus gratiam dei consequi, ut faciamus id quod possumus ex parte nostra: ne petentes nobis dimitti peccata & in eis perseverantes simus quasi homines tentantes deum. Prius ergo corde contrito & humiliato prosternamus nosmetipsos coram domino. Deinde petamus nobis dimitti peccata. Et quia nemo scit utrum amore vel odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta: quotidie unusquisque pro presentis peccatis orare debet & dicere. Dimitte nobis debita nostra. Non solum autem pro praeteritis & mortalibus: sed etiam pro presentibus & venialibus quotidie orandus est deus quia in multis offendimus omnes. Et si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus: & veritas in nobis non est. Sine venialibus enim non vivit humana fragilitas. Non solum autem quilibet pro suis peccatis orare debet: sed etiam pro peccatis proximorum: quorum infinitus est numerus: iuxta illud. Orate pro invicem: ut saluemini. Et quia qui non dimittit vel non vult dimittere peccata minora indignus est ut ei maiora dimittantur: ideo si volumus in hac petitione exaudiri prius proximis omnes remittamus offensas. Sic enim dicere poterimus, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

¶ ET ne nos inducas in tentationem. Quia impossibile est o anima mea sine gratia dei hominem in natura corrupta vitare peccatum: necesse est homini volenti vivere sine peccato recurrere ad deum: atque ab eo petere talem gratiam per quam possit vivere sine macula peccati mortalis. Et quia etiam homo existens in gratia propter natu-

re fragilitatē: & multa impedimenta quę quotidie oc-
currūt indiget speciali adiutorio dei: vt perseueret in
gratia: necesse sibi est quotidie per orōnes continuas
ad deum recurrere: quia multis data est grā & nō per-
seuerātia. Deus enim est qui oīa in oībus opatur: qui
portat oīa verbo virtutis suę. qui dat velle & perfice-
re pro sua bona voluntate: & in quo viuimus: moue-
mur & sumus. Iccirco impossibile est nos aliquid boni
facere: & multo minus in vlllo bono ope perseuerare
sine dono eius speciali, quia omne datum optimum
& omne donum perfectum desursum est: descendens
a patre luminuz. Hęc autem dona: & hanc in eis per-
seuerantiam per continuas orationes consequimur:
ideo nos dñs hortatur ad instantiam orationis vsq;
ad importunitatem. Oportet inquit semper orare &
non deficere. Quia ergo circunquaq; nos impugnant
caro, mundus, & demonia, & caro quidē est inimicus
familiaris continuus & blandus, mūdus vero frau-
dulentus inimicus & proditor, diabolus autē crude-
lis, fortis, versutus & exercitatissim⁹: ideo caute nos
ambulare oportet. Et quia nec sapientia nostra suppe-
tit: nec virtus: necesse est nos ad manum dñi recurrere:
dicentes. Et ne nos inducas in tētationē, ac si aper-
te dicamus. Infirmetas nostra inter tot & tantos ini-
micos tētationibus resistere minime valet. Rogā-
mus ergo te domine qui oīa verbo creasti & omnia pos-
tes: ne nos inducas in tētationem. i. ne nos derelin-
quas: quia tuum derelinquere nos, est nos in tēta-
tionem inducere. Si enim nos relinquis statim pec-
cato consentiemus. Ne nos ergo dñe malo. i. peccato
consentire permittas: qui adiuuas sperantes in te.

scilicet animus
vini

¶ SED libera nos a malo. Anima mea, quæ sicut dicit apostolus, Omnes qui pie viuere volunt in christo Iesu persecutionem patietur, & necesse est nos per multas tribulationes introire in regnum dei, & ex alia parte tanta est fragilitas nostra, ut in tribulationibus facile deficiamus: nisi nos manus domini suscipiat: ideo quilibet iustus considerans fragilitatem suam desiderat a tribulationibus liberari. Unde & propheta dicebat. De necessitatibus meis erue me: id est de tribulationibus mihi necessarijs. & ita hic dicimus: Sed libera nos a malo, id est ab afflictionibus, & ab aduersitatibus: ne scilicet superueniant nobis tam graues ut sustinere nequeamus: & ab illis etiam quæ tales sunt, ut eas per gratiam tuam sustinere queamus. his modis nos libera. videlicet consolando, multa bona spiritualia ad sufferentiam earum nobis donando: virtutes fortificando: & post tempestatem tranquillum faciendo. Conuerte tribulationes nostras in bonum nostrum: ut tu semper gloriosus appareas in sanctis tuis quos post probationem coronas in cælis. ubi tecum viuunt in secula seculorum. Amen.

¶ Per Iesum christum dominum nostrum. In tertia lamentatione Hieremiæ prophete, Anima mea Saluator noster hominem inuitat ad meditationem passionis sue dicens. Recordare paupertatis & transgressionis meæ & absinthij & fellis: ei quæ vir sanctus deuotè respondet. Memoria memor ero & tabescet in me anima mea: hæc recolens in corde meo in deo speraui Memoria ergo passionis christi magnam spem obtinendi omnia a deo generat in corde. Si enim (ut dicit Apostolus) proprio filio suo non pepercit: sed pro om-

nibus nobis tradidit illum, quomodo non etiam cū illo omnia nobis donauit? Non ergo multitudo peccatorum nos terreat/non sæculi huius aduersitates/non demonum tentamenta/non impiorum persecutiones: non quęcunq; difficultates ad bene beateq; uiuendum/non altitudo illius glorię celestis: quia a deo patre omnipotente omnia per filium eius dñm nřm Iesum christum possumus impetrare.

¶ AMEN. Vere ita est/ anima mea. Nā exempla sanctorum patrum hoc docent. Quid est enim qđ nō obtinuerit per mediū passionis Christi? Nōne in hoc nomine in igne sp̄m sanctū dabant/ cęcos illumiabant/ mortuos suscitabāt? Nōne p hoc nomē totū orbē erroribus plenū purgauerūt & virtutibus ornauerūt: & alia innumerabilia opa sine difficultate perfecērūt? Respondeamus igitur oēs Amē. i. verum est: atq; ita esse fideliter cōfitemur: & rogamus vt fiat nob s hoc idem vt. s. per Iesum christuz dñm obtineamus a deo patre quęcunq; filius eius in hac oratione petendum nobis demonstrauit in nomine suo.

¶ Proœmium tertię expositionis
quę dicitur Oratio.



PATER noster &c. Inter alias ořones a spiritu sancto ordinatas/ hęc videt esse pctissima Nā hz multas excellētiās i vnū collectas. Quarū collectionem in aliqua alia ořone non erit facile inuenire. Primo em̄ est secura quia cū hac fiducia litem ad deū accedim⁹/ certo sciētes qđ in petēdo nō errabim⁹: eo qđ fuit edita a sapiētissimō: imo ab ipsa sapiētia æterna: qđ errare nō pōt. Quā securitatē etiā iureo habz: qđ eā edidit aduocatus noster

christus Iesus: q̄ est in dextera dei: & interpellat p̄ no-
bis. Ad quē etiā p̄pter hoc securi⁹ per hāc orationē ac-
cedimus quoniā scim⁹ hūc aduocatū / ip̄m esse etiam
cū patre & sp̄ū sancto exauditorē nostrū. Vnde credē-
dus est nos nunq̄ orationē hanc dominicā dicere sine
fructu. si tñ eā recta p̄feramus intentione. Et tū san-
ctus Augustin⁹, tū sanctus Thomas putāt dicētib⁹
eam venialia remitti. Secūdo habet excellētā: quia re-
cta est eo q̄ nihil indecēs petit a deo. Nihil enim pe-
tit qd̄ ab oibus hoibus optari non debeat, vt ex his q̄
superi⁹ dicta sunt manifestū est / & ex his q̄ statim di-
centur manifestissimū erit. Tertio excellit, q̄a est or-
dinata, nā illud a nobis est petendū a deo qd̄ a nobis
decēter & sine peccato est appetēdū. Appetitus autē
nostrer primo & p̄ se tēdit in bonū. Secundo autē refu-
git malū, ideo conueniēter in hac orōne p̄mo petim⁹
bona, secundo a malis liberari cupimus. Inter bona
autem bonum dei p̄ponendū est bono nostro, q̄a de-
bemus diligere deū supra nos ipsos: ideo primo i hac
oratione petim⁹ bonū dei dicētes. Sanctificet̄ nomen
tuum. Secūdo in sequētib⁹ petitionib⁹ bonū nostrū.
S; quia aīa est pretiosior corpore, p̄mo petim⁹ bonū
animę, deinde bonū corporis. Et q̄a bonū aīę duplex
est, videlicet finis, & ea q̄ ducunt ad finem. Finis autē
est pretiosior his quę ducūt ad finem. Inter bona quę
petimus pro nobis primo petimus finē dicētes. Ad
ueniat regnū tuum. Deinde ea quę ducūt ad finem di-
centes. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Po-
stremo corporis bona dicētes. Panem nostrum quo-
tidianū da nobis hodie. Quantū vero ad mala q̄ fu-
git appetitus, Primo fugiēda sunt ea quę contraria

sunt bonitati diuinę. Deinde ea que sunt contraria nobis. Mala autem diuinę bonitati cōtraria: mala sunt culpe. Mala vero p̄traria nobis sunt mala p̄cne. Ideo in secunda parte p̄dicitę orationis, Primo petimus liberari a malis culpe, deinde a malis p̄cne. Inter mala autem quedam sunt p̄tenta: quedam vero futura. Primo ergo petimus a malis culpe p̄tentis liberari dicentes, Et dimitte nobis debita nostra &c. Secundo firmani in bonis: ne scilicet in futurum peccata iterum cōmittamus dicentes. Et ne nos inducas in tentationes. Ultimo autē petimus liberari a malis p̄cne, cuz dicimus. Sed libera nos a malo. Itaq; patet q̄ hæc oratio bene est & optime ordinata. Quarto habet excellentiam: quia est breuissima & plenissima: & breuitas quidem fastidium tollit. Plenitudo autē eius talis est, vt omnia quecūq; sunt a deo petēda, breuissime cōplectatur. Nihil enī peti potest seu debet a deo qđ aut in hac oratione nō petat, aut ad harū aliquaz petitionuz eius non reducat: vt facile ex his q̄ immediate super⁹ dicta sunt, apparere potest. Quinto quia est deo gratissima: cuz ille met ediderit eam & iusserit nobis p̄ eiusmodi orōnis verba orare deū patrē oīpotentē. Ideo verbū gratissimū posuit in principio, cuz dixit. Pater noster. Nō enī docuit nos dicere Dñe noster vel Deus noster. S; verbū amoris potius q̄ timoris posuit in principio: vt indicaret nobis q̄ t̄to nos amore p̄sequitur, vt nō dedigneret nos peccatores, si hos appellare, vt euidenter ostendat quāta debemus fiducia ad eum accedere, & ab eo petere, quæ ipse nos petere iubet. Non enim iuberet nisi dare etiaz vellet. Nec pater noster vellet appellari, si nollet nos i filios

adoptare. Cum magna ergo deuotione ac mētis attē
tione hæc oratio est dicēda: & eius v̄ba quotidie sunt
meditanda: quia in se cōtinet totius vitę spūalis sciē
tiam & vbertatē atq; dulcedinē donorū dei: & per eam
consequimur fructū mirabiles: ideo meli⁹ ē dicere eaz
semel cuꝝ mentis attentione ac meditatione: & gustu
spūali: q̄ milles eam repetere cuꝝ mentis euagatione.
Et quī diuersi spiritu dei pleni: diuersimode me
ditētur eam (quia nō oēs hnt eundē modū orādi) oēs
tamē tēdunt ad vnū. Vt autē imperfectis aperiat̄ via ad
meditādū ac deuote per verba huiuscemodi orōnis
orādum subiūgemus sub breuitate vnū modū oran
di, per hæc verba discurredo: vt p̄ hūc via valeat ape
riri ad innumerabiles alios: quos edocet spūs sanct⁹
eos q̄ sunt purgatissimi corde. Igit̄ qui ad orandum
accedit: primum in loco secreto: sensib⁹ oib⁹ clausis:
phantasmatibus exclusis, colligat totum spiritus ac
faciat deum: qui vbiq; est: sibi præsentem: deinde cor
de suo: vel etiam corde simul ac voce dicat.

PATER noster. Patrem te voco deum meuz qui
solus es beat⁹ & potēs rex regū & dūs dominantius.
Qui solus habes immortalitē & lucē habitas inaccess
sibile: quā nullus hominū vidit: s; nec videre potest.
Quia oia tam visibilia q̄ inuisibilia creasti: nō q̄ eis
indigeas: sed vt eis tuā bonitatē comunicares. Tu es
enī in te metipso, & ex te metipso p̄fecte beatus: & tua
beatitudo nec augeri: nec minui per extrinseca potest.
Tu pater oia potes, qui oia fecisti ex nihilo: & oia in ni
hilum redigerētur: nisi manus tua omnia sustineret.
Tu a deo sapiens es: vt nulla creatura sit inuisibilis in
consp̄ctu tuo. Omnia enim nuda sunt & aperta ocu

lis tuis: & cum bonum sit diffusiuum sui ipsius: tu
adeo bonus es: vt præ magnitudine bonitatis tuæ,
totus in te existēs, quodāmodo extra te fias. per omnia
diffusus ad omnium prouidentiam admodū exten-
sus: totus in vniuerso toto, & totus in parte qualibz.
Tu deus magnus vincens scientiam nostrā, & nō est
deus p̄ter te dñe deus pater: deus filius: deus spiritus
sanctus. Tres quidē p̄sonę: nō tamē tres essentię: non
tres dñi: nō tres dij: sed vn⁹ dñs: vn⁹ deus: vna essen-
tia: vna maiestas. Quid igitur ego suz dñe deus: qui
ex nihilo sum creatus? Puluis & cinis: q̄ nō possuꝝ fa-
cere vnū capillū albū: q̄ tanq̄ mortu⁹ viuo i tenebris
ignoratię: plen⁹ peccatis, q̄ multiplicata sunt sup ca-
pillos capitis mei. Quid suz inquā dñe de⁹: ego vermi-
culus & stercoꝝ coraz te, q̄ facis magna: & mirabilia:
& inscrutabilia absq; nūero? Quid sum ego vt audeā
te vocare patrem/ meq; filiū tuū? Certe non auderē:
nisi tu iuberēs. O amator hoim q̄ magna est benigni-
tas tua, vt hoim p̄tōꝝ pater appellari velis. O q̄ bo-
nus pater: q̄ solē suū facit oriri sup bonos & malos. &
pluit super iustos & iniustos. Tu adeo dilexisti nos: vt
filiū tuum vnigenitū dares: vt ois q̄ credit in eū/ non
pereat: s; habeat vitā æternā. Ignosce mihi dñe deus/
si audeo te patrē meū vocare: qa hoc nō temeritate:
s; tua maxima bonitate facio. Cū magna fiducia cer-
te ad te accedimus/ cum iubeas nobis ad te accedenti-
bus & orantib⁹, vt in principio orationis nrę patres
te appellemus. Quis enim fili⁹: quē nō diligit pater?
Et quid nō obtinebit a patre fili⁹? Cōsiderās ergo tu-
am ineffabilē misericordiā/ non solum confido a te
obtinere quicquid optauero pro mea salute: sed etiā

pro salute primorū meorū: eo q̄ iubeas nō vt dica-
mus pater meus: sed pater noster, vt non soluz p̄ me
sed & pro fratribus meis fiducialiter petam. Venio er-
go securus ad te non pro me ip̄o tantum: sed etiā pro
parētibus consanguineis & cōiunctis ac etiā pro ami-
cis & inimicis: sperās a tua pietate posse obtinere nō
parua quidē: sed magna. immo maxima dona.

QVI es in cēlis. Scio eni domine deus pater noster
omnipotēs / q̄ vbique per essentiā: q̄a oia sine medio
creasti: & oibus ades / oia cōseruās / ne labātur in nihī-
lum. Vbique per presentīā. quia omnia vides: & niz-
hil est qd̄ possit oculuz tuū subterfugere: quia tenebrę
non obscurabuntur ate: & nox sicut dies illumina-
bitur / sicut tenebrę ei⁹: ita & lumē eius. Vbique etiā
per potentiaz: quia virtus tua omnia penetrat, & in
omnibus omnia operaris: & omnia potenter guber-
nas. Non est igit opus vt te q̄tam nisi in corde meo.
Quo enim ibo a spū tuo: & quo a facie tua fugiaz? Si
ascēdero in cēlū / tu illic es: si descēdero ad īfernū, ades.
Si sumpsero pēnas meas diluculo & habitauero in ex-
tremis maris / eteni illuc man⁹ tua deducet me: & te-
nebit me dextera tua. Quomodo ergo dñe de⁹ meus
dixi, Quia in cēlis es? Nūquid non etiam in terra es?
Nisi quia alio mō in cēlis es: q̄ in terra? In cēlis q̄ppe
sunt angeli & beati: qui celi celoz sunt / in q̄bus es taz
ineffabiliter, vt in ceteris reb⁹ nō videaris esse. Ceterę
eīn creature: cōpatiōe Hierarchiarū cęlestiū beatarū /
ferē nihil sunt. Celi quoq; sunt sancti viri: q̄ a terrenis
reb⁹ eleuati, puri: simplices: illuminati: icorrupti: i cę-
lis semper cōuersantur: in quib⁹ es per gratiā q̄ est tās-
ti p̄tī, vt sine ea, qui cętera oia q̄ in mundo sunt has

ubi et hinc

ubi

bet: nihil sit. In his ergo celis tu es secundū tuā ineffa-
bilem bonitatē ac pietatem. Iubes ergo domine deus
pater noster vt dicamus, Qui es i celis, ad hoc vt ele-
uemus mētē nostrā ad celestia regna/ terrenis affecti-
bus mitigatis/ consyderantes nos nihil in terra debe-
re concupiscere/ cum tu in celis esse dicaris & non in
terris. Coelum enim tibi sedes est: terra autē scabellus
pedum tuorum. Fiducialiter ergo a te non parua: sed
magna petemus: quia magnus pater es & super om̄s
ditissimus, celestes possidēs diuitias: quas oculus nō
vidit/ nec auris audiuit: nec in cor hominis ascende-
runt, & eas pręparasti diligentibus te.

¶ SANctificetur nomen tuū. Cognoscatur/ ametur/
laudetur/ extollatur/ celebret/ & p̄dicetur in vniuersa
terra: & sicut nomē tuū: ita sit laus tua. Qūm tu solus
es: tu solus potēs: tu solus sapiēs: tu sol⁹ bon⁹ & mise-
ricors & benedictus in secula seculorum. Nulla enim
creatura laudabilis ē i tuo cōspectu: nulla gl̄iosa/ nul-
la bona/ nulla sancta: q̄a cōparatione tui nihil est or-
bis totus: & stelle non sunt mūde in cōspectu tuo. Tu
es enim lux: & tenebrę in te nō sunt vllę/ in cuius con-
spectu ois alia lux est tenebrę. Tu es bonitas: in cuius
conspectu ois alia bonitas peccatū est. Tua maiestas
tāta est, q̄ sub ea curuantur q̄ portāt orbē: vt nihil ei
resistere possit. Rogam⁹ ergo te pater bone/ pater san-
cte, vt nomē tuum sanctificetur, vt celebre habeatur
& sanctum. Vt nomē tuę maiestatis: sapientię: boni-
tatis: iustitię & misericordie ab oibus in toto mundo
timeatur & amet. vt in noīe Iesu oē genu flectatur/ cę-
lestiū, terrestriū, & infernoꝝ, & ois lingua confiteatur
quia tu es de⁹ pater, deus fili⁹, deus spū sanct⁹. Vn⁹

deus verus, inuisibilis, immutabilis, atq; incōprehē-
sibilis. Et quia dñs Iesus i gloria est dei patris. Vt qd
dñe deus hoies laudamus: & quorundam nomen ce-
lebre? Quare laudant hoies puluere; & cinerem? Cur
homines deos facimus & beatificamus? Quid enī
magni fecerunt corā te? Nōne tu domine fecisti in eis
omnia? Cur enim ferrā laudamus & malleū: & nō po-
tius artificē? Lauderis ergo tu solus: & nomen tuum
sanctificetur in vniuersa terra. q̄a tu solus mirabilis
in openbus tuis: & mirabilis in sanctis tuis. Sancti-
ficetur ergo nomen tuū in toto orbe terrarū: q̄a igno-
rātia nois tui est causa oīm malorū. Quis enī cogno-
scat tuam maiestātē: & nō te timeat? Quis intelligat
tuam sapiētiā & nō te reuerat? Quis sciat tuam bo-
nitātē: & nō te amet? Quis credat filium tuum p no-
bis crucifixū: & non tollat crucē suā & sequatur eum?
Effunde ergo effunde pater sancte cognitionē & amo-
rem nominis tui per vniuersas hoīm nationes, ho-
minū dico qui pereunt: vt ad te reuertant̄ teq; amēt:
ac tui eis glorificeris, vt in toto mūdo laudabilis &
gloriosus appareas in secula seculorum. Amen.

¶ ADVENIAT regnū tuum. Ostēde nobis faciem
tuā, & sic nob' adueniat regnū tuū. Qui ei videt faciē
tuam oīa possidet. Hæc est enī vita æterna: vt cogno-
scāt te solum verū deū: & quē misisti Iesum christum
Quid est enim qd nō habeat: qui deus habētē omnia
habet? Quid est qd non possideat: qui possidentem
omnia possidet? Quid est qd non videat, qui deus vi-
dentem omnia videt? Qui enim te videt domine de-
us, tecum regnat: & regnū tuum possidet in æternum
& vltra. Adueniat ergo nobis regnū tuū: & cito adue-

niat: quia peregrini sumus i hac valle miserie: in qua
circūdederunt nos dolores mortis: & pericula inferni
nos inuenerunt. In qua peccata vitare non possum⁹.
In qua etiam infinitas molestias incessanter patimur.
vbi nullus vsq̄ pōt esse beatus: siue sit diues siue pau
per: siue sapiens: siue insipiens. Vbiq̄ enī labor est &
afflictio spiritus. Quapropter apertissime conspici-
mus o pater noster in hac valle te nostrā hereditatem
minime cōstituisse: regnūq̄ nostrū alibi esse q̄rendū.
Cū ergo peregrini simus sicut oēs patres nostri: roga
mus te patri vt preparatum nobis regnum a cōstitu
tione mundi cito tribuas: vt erepti de hoc seculo ne
quā tecū & cū sanctis tuis regnemus p secula cuncta.
¶ FIAT volūtas tua sicut in celo & i terra. Quia nul
lus regnum tuū possidere pōt nisi rect⁹: sicut scriptū
est. Exortus est in tenebris lumē rectis &c. Rectus autē
esse nō pōt nisi q̄ tuā fecerit volūtatē dñe deus: Et vo
lūtatē tuā nullus facere pōt nisi ex dono tuo: quia ne
mo venit ad te nisi quem tu traxeris: propterea fiat a
te volūtas tua. .i. donetur nobis a te: vt per gratiā tuā
in terra faciamus volūtatē tuam: sicut in celo fit a be
atis per gloriā tuā. Cogita de nobis filijs tuis Pater
noster vt facias nobis qd̄ placitum est coram te: quia
de tuo munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne &
laudabiliter seruiatur. Purifica corda nostra o lux bea
tissima: vt expellamus perfecte amorem propriū, ac
proprias voluntates rejiciamus vt plene fiat in no
bis volūtas tua & nostra pereat. Fiat autem perfecte
vt nihil nostrum in nobis sit: sed tua volūtas nos ex
omni parte possideat. Purifica pater mentes nostras
vt nihil terrenū diligam⁹, vt carnē nostrā in seruitu-

sem redigamus, vt gloriā mundi a nobis excludam⁹
vt te perfecte cognoscamus in omnibus oia operātes
nōq; nihil esse, nihil posse, nihil scire: vt simus viles
in oculis nostris: vt perfecte te diligamus ex toto cor
de, ex tota aia, ex tota mente, & ex omnibus vibus
nostris, & proximos nostros sicut nos ipsos. Sic eni
mādata tua seruabimus & voluntatē tuā faciemus:
quia ex his duobus p̄ceptis pendet lex & prophete.
PANEM nostruz quotidianum da nobis hodie.
Quia nō sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis
tanq̄ ex nobis, necesse est te dñe pater filijs paruulis
oia sp̄itualia & tēporalia p̄parare. Vt ergo gr̄am
charitatēq; tuā cōsequamur: & cōsecutiōem augea=
mus: & auctam deniq; conseruemus, Panē verbi tui
sacramentorūq; tuoꝝ da nobis hodie. Aperi oculos
nostros vt intelligamus quę scripta sunt in sanctis p̄
phetis tuis & euangelistis: quia tu habes clauem om
nium scripturarū, & claudis & nemo aperit/aperis &
nemo claudit. Excita deuotionem nostram vt humi
liter & deuote accedamus ad mirabile sacramentum
corporis pretiosi: & sanguinis vnigeniti filij tui do
mini nostri Iesu christi: vt i eo crescamus in salutē: &
in fortitudine cibi illi⁹ de virtute in virtutē ambulā=
tes perueniam⁹ ad regna celorū. Prepara igitur pater
optime nobis tales cibos: p̄para etiā gustum, pala=
tum, & linguā, p̄para inquā hęc quotidiene deficia
mus in via: quia nimis fragiles sumus, & nisi quoti=
die comedamus cito moriemur. Panē ergo nostrū su
per substantialē da nobis hodie. Da quoq; & corpora=
lē panē accētera necessaria ad vitam corporis: donec
peregrini sumus in hac vita. Nō diuitias querimus

mathe 22



nōstras facias nobis. Adiuua nos deus salutaris noster, & cōtinua opus tuū qđ in nobis cōepisti: vt in patientia nostra possideamus aias nostras. Si igitur nobis pētā nostra dimittis: ita nobis illa dimitte vt nos āphus nō inducas i tētationē. In tētationē iquā quā minime sustinere valeam⁹. Ne pmittas nos ita lē induci tētationē: vt ei cōsentiētes spūaliter moriamur.

¶ SED libera nos a malo. Quis enim sciam⁹ oportere nos multa pati pro nomine sancto tuo: & cupiamus pro gloria nominis tui cum filio tuo christo dño nostro crucifigi: rogamus te tñ vt ab his malis atq; ab his afflictōib⁹ quas quotidie patimur nos ita libera vt consciētia nostra non vulneretur vllō modo.

Quis enim sine gratia tua potest in tribulationibus absq; peccato perseuerare? Nunquid non tu martyribus tuis victoriā tribuisti? Nonne omnes illud Dauidicum cantant? Nisi quia dñs erat in nobis dicat nūc israel: nisi quia dñs erat in nobis, Cum irasceretur furor eorū in nos: forsitan aqua absorbuisset nos, & deniq; concludunt. Adiutoriū nostrū in noie dñi: qui fecit cælum & terrā. Ita q; domine pater libera nos a malo. i. a tribulationibus pñtib⁹ & afflictionibus: nō quidē vt nō veniāt sed vt nos ad peccata nō ptrahāt. Sic enim cū cruce nostra sequemur dñm Iesuz christū qui tentatus est per oia p similitudine absq; pētō, Et de torrente in via bibit propterea exaltauit caput.

¶ Per Iesum christū dñm nostruz. Quē dedisti nobis vt per ipsuz oia donares. Sicut eni per ipm fecisti oia ita per ipsuz oia instaurare statuisti in cælo & in terra. Eia ergo pater piissime sicut per ipsum nos creare dignatus es ad imaginē & similitudinē tuā: ita p ipsuz

nos regēnate digneris in salutem incōtaminatā & incorruptibilē & imarecessibilem, cōseruatam in cęlis his qui scripti sunt in libro vite.

¶ AMEN. Fiat domine sicut desyderamus ne vacui ab oratione dilecti filij tui recedamus. Qui tecum viuit & regnat in vnitāte spiritus sancti deus per oia sęcula sęculorum. Amen.

¶ Proœmium Quartę expositionis
quę dicitur Contemplatio.



ATER noster &c. Ad veram contemplationem pauci perueniunt: quia requirit magnam mentis purgationem & tranquillitatem. vnde dominus ait. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Et illud. Sedebit solitarius & tacebit: quia leuabit se supra se. Ad purgationem autem mentis & tranquillitatē nō potest homo subito puenire, quia nemo repēte fit summus: ideo nō statim cum homo incipit bene viuere / cōtēplationi, est aptus: sed oportet q̄ per gradus paulatim ascēdat ad veram cordis puritatē / mentisq̄ tranquillitatem: ne forte cum Iacob prius velit habere Rachel q̄ Liam. Hi aut gradus inueniuntur in orōne dñica: si ea subtiliter cōsyderetur. Vbi notādū est q̄ in rebus quas agimus id qd̄ est primum in intentione, est vltimum in executione: sicut in intentione edificantis est habitatio domus tranquilla, qd̄ tñ vltimū est in executiōe. Et similiter id qd̄ est vltimum in intentione / est primum in executiōe. Cū enim volumus edificare domū / prius cōsyderamus quietē nostrā, postea cubicula & cęteras habitationes, deinde principales partes / vt tectū & fundamentum. Vltimo vero lapides & ligna, quę

matth' 4
t'z'no' 3

gen' 30

simile

tamen prima sunt in executione, ita in gradibus vite
spūalis primū in intētiōe est satisfactio nois dñi: des
inde regnū: & cōsequenter cetera q̄ dicta sunt supra de
petitionibus orōnis dñice. In executione autēz oportet
ab vltima petitione incipere: sicq; gradatim ope-
rando ad superiores ascendere. Si ergo per hoc qd̄ ibi
dicitur sed libera nos a malo, per malū intelligamus
diabolū sicut exponūt quidā, & nō incōgrue, dicem⁹
primū gradū vite spūalis esse p̄ verā cōtritiōē / cōfes-
siōē, & satisfactiōē a diaboli potestate eripi. Secun-
dus autē est firmari in bono p̄posito / vt velim⁹ pot⁹
oīa mala pati q̄ iterū reuertī ad vomituz: ideo vitā-
tes peccatorū occasiones oramus dicentes. Et ne nos
inducas in tētationē. Et q̄a nemo sine crimie viuit / &
si dixerim⁹ q̄a peccatū nō habem⁹ / ip̄i nos seducim⁹,
Tertius gradus est vt dimittētes inimicis n̄ris debi-
ta sua contitūq; de peccatis mortalib⁹ p̄tentis: de ve-
nialibus quotidianis sepe cōfiteamur, & studeamus
purgare cōsciētā ab oī macula & ruga quātū fieri pōt
dicētes q̄tidie. Et dimitte nobis debita n̄ra &c. Quar-
tus autē gradus est: oēs affectiones terrenas abijcere,
& simplicitatem sanctorū patrū amplectī in victu &
in vestitu: q̄a sicut dicit apostolus: nihil intulim⁹ in
hūc mūdū. haud dubiū: q̄a nec auferre qd̄ possum⁹.
hñtes autē alimēta & qbus tegamur / his cōtēti sim⁹.
Sic em̄ a sollicitudinib⁹ hui⁹ seculi liberamur: & stu-
dio scripturarū diuinarū vacare possum⁹ / ceterisq; di-
uinis officijs delectari: sacramētū eucharistiæ frequē-
ter sumere atq; diuio cultui nos penit⁹ dedicare, dicē-
tes. Panē n̄z quotidianū &c. S; q̄a bñ viuere est bñ
facere & mala pati: & sic perseuerare vsq; ad mortem,

gradus spūalis
vite

ascēdamus ad q̄ntū gradū: vt videlz in oib⁹ afflictio-
nib⁹ q̄ nobis eueniūt cōformemur volūtātē nostraz
volūtati diuinę: vt nō solū patiēter, sed etiā libenter
p̄ eius amore oia sustineamus dicētes. Fiat volūtas
tua &c. Et q̄a mala q̄ nos hic premunt ad deum nos
ire cōpellūt: post hęc ascēdim⁹ ad sextū gradū: i cęlis
cōtinue cōuersantes, & summo desyderio cupiētes p̄-
uenire ad regnū beatorū, nō solū vocib⁹ s; & medullis
cordis nr̄i dicētes. Adueniat regnū tuū. Vltimo au-
tē perfecti in amore diuino ad septimū gradū pueniē-
tes: & nihil de nobis cōsiderātes: s; solū de deo & eius
honore dicim⁹. Sāctificetur nomē tuū. Ex quo gradu
postea aia vehemēti amore accēsa ad superiora rapi-
tur, & diuino lumie illustrata fortissimo intuitu boni-
tātē dei cęlestesq; hierarchias mirabili quodā mo-
do cōtēplatur: & nō vocibus: sed inflāmati affectib⁹
deū nominat patrē: patrē vocat & laudat: ip̄m q; cō-
plectit̄ dicens. Pater noster qui es in cęlis. Da amantē
da desyderātē da virū perfectū: & scit qd loquor. Alij
autē a lōge aspicere possunt & desyderare: nō autē senti-
re. Quis igitur ea q̄ in cōtēplatione sancti viri intue-
tur & gustant: nec dici nec scribi possint: tñ vt in expti
aliqua exardescāt nō tā desyderio cognoscēdi q̄ ex-
penēdi, aliqd de cōtēplatione sub orōne dñica subiū-
gem⁹: ostēdētes vtcūq; quali nō q̄ta dulcedine sancti
viri replētur in cōtēplationib⁹ suis: q̄ tñ & in diuersis
hoibus, & in eodē etiā hoie multipliciter variantur.
Qualem igitur cōtēplationē sup hac orōne iā dicta:
pfectus vir nōnunq; habeat subiūgemus. Quā tñ o-
portebit existimare: tā parū esse ptē cōtēplatiōis ei⁹
vt sit quasi gutta aque educa de flumine magno.

¶ Quarta expositio que dicitur
Contemplatio.

PATER noster. Vir perfectus supra lumine
radiat: dum concipit hoc verbum: ita rapitur
ad diuina: ut nihil ei delectabilius esse possit
quam intuitu bonitatis diuinæ: quam ita hominibus ipsi
quod beniuola est: ut non solum eos filios habere voluerit per
creationem: sed etiam per veram adoptionem. Nam considerat fi-
lium dei: deum verum de deo vero: per operationem spiritus sancti
conceptum de virgine, natum ex ea: factum sub lege, ut eos qui
sub lege erant redimeret: & adoptionem filiorum recipere-
mus. Unde non confunditur eos vocare fratres dicens,
Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et ad Mariam
magdalenam dixit. Vade ad fratres meos & dic eis.
Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: deum meum & deum
vestrum. Itaque filius dei & nos: fratres sumus: eiusdem
patris filii: ipse tamen est primogenitus in multis fra-
tribus: ut dicit apostolus. Quid obsecro dulcius cogitari
potest? Ideo sancti viri hoc considerantes: mirabili ra-
piuntur amore: cum contemplando conspiciunt esse se fra-
tres filii dei per gratiam eius, & filios patris omnipoten-
tis per eius misericordiam: & sacraria spiritus sancti
per eius pretiosissima dona. Ad hanc quoque letitiam &
dulcedinem ineffabilem sequitur quedam alia mentis iubi-
latio, dum contemplantur hoc verbum pater noster: quia
non homines tantum: sed & omnes superælestes virtutes fra-
tres suos esse vident. Ex qua re intelligunt: quanta erga ho-
minem sit bonitas dei: quando eum tam vilem dignatus est
fratrem angelorum & spirituum excellentissimorum per gra-
tiam suam in virtute passionis filii sui constituere. Super-
crescit adhuc letitiæ materia, dum dicunt hæc verba.

¶ QVIes in celis. Quia cogitat in his verbis. q̄ bo-
nus sit dñs: q̄ sit familiaris: tanq̄ affabile exhibet
ipsis beatis in celis: in q̄b⁹ tā ineffabiliter est p̄ gloriā, vt &
ipsi sint vnū cū eo: & inuicē sint cor vnū & aia vna in
dño. Similiter etiā in hoib⁹ iustis adhuc in isto morta-
li corpe degētib⁹, vsq̄ adeo est p̄ gratiā vt se eis beni-
gnū & familiarē exhibeat, vt nōnūq̄ stupore vehemē-
ti teneant: admirati quonā mō puluis & cinis aude-
at fiducialiter ei loq̄: cuius magnitudinis nō est finis
tāq̄ cū ip̄o dulciter p̄uersari quē tremētes adorāt, oēs
supnē virtutes. Itaq̄ vir iust⁹ in tā excellēti lumie po-
sit⁹: nō meditādo hęc q̄ dixim⁹: s; oia simul mō mira-
bili cōtuēdo tā vehemēter delectat: vt qcqd delecta-
tiōis est vel esse pōt in hoc mūdo: p̄ nihilo ducat se-
quaturq̄ i eo p̄fusio magnē grē: ita vt i gradib⁹ quos
p̄ dixim⁹: multo āplius p̄ficiat: a sup̄iorib⁹ incipēs:
& ad inferiores descēdēs: q̄ antea q̄n ab inferiorib⁹ coepit
& ad superiores ascēdit. Vt aut̄ hoc melius intelliga-
tur: de singulis gradibus per ordines aliquid dicem⁹.

¶ SANctificet nomē tuū. Nomē est vox significati-
ua. nomē igitur duo dicit. videlz: vocē & significatio-
nē: quā ergo nomen non sit p̄prie nisi in voce: tñ ad
ip̄m correspōdētē dicim⁹ nomē esse i mēte, cōceptū
videlz mētis: qd̄ dicit verbū mētis aliqd̄ significans.
Cū eni cōcipit mēte celū: ille cōcept⁹ seu verbū illā re-
p̄sentat nobis illud ip̄m celū. Iust⁹ igitur per cōtēpla-
tionē eleuatus ad diuina & diuino lumine illustrat⁹:
tāto perfectius verbū de deo format: q̄to āplius sup̄
naturali lumine p̄fundit: & hinc est q̄ nōnūq̄ vno &
eodē intuitu sancti viri p̄ cōtēplationē eleuati ad cele-
stia tot & tāta vidēt: quot & q̄ta alij hoies nequaquā ca-

17

gum

nomē

pere possent: nisi multifarie multisq; modis eis expli-
carentur. Vir itaq; iustus qui iam septimum gradus
ascēdit: dū diuina cōtēplatur / supnaturali lumie imple-
tur: & sic statim hæc p̄ma petitio in eo p̄ficiť / dum in
eo fit cōceptus seu verbū / qđ nomē mēt̄is vocam⁹, re-
p̄sentās ei diuinā maiestātē / sapientiaz & bonitatē:
& alia multa q̄ nō licet homini loqui. Quibus intel-
lectis / mirabilibus afficit delectationibus: & sic in eo
sanctificat nomē dei. i. celebre & excelsum reputat ab

eo. Dum enī diuinā cōtēplatur naturā / se nihil esse co-
gnoscat. Dū x̄o infinitā ei⁹ potētā intuetur: se intelli-
git esse infirmū. Duz aut̄ eius admirabilē cōsyderat sa-
piētā / se i tenebris esse videt: & dū ei⁹ bonitatē gustat
se pctōrez esse recogitat, Itaq; de nulla re seipm extol-
lit: s; in oibus magnificat deū dicens cum dei virgine
genitrice. Magnificat anima mea dominum. &c.

¶ **ADVENIAT** regnū tuū. Ex sanctificatione diuini
nois quā in sua cōtēplatione cōseqtur iust⁹ statim
etiā hæc scđa petitio implet̄ in eo: q̄ iam incipit gustare
qđ dulcis ē dñs: & fieri p̄iceps eterne b̄titudinis. Hinc
est qđ viri p̄fecti oīa regna mūdi despiciūt: quasi regnū
eternū etiā in hac vita app̄hēdētes: quorū vn⁹ p̄ oib⁹
dicebat. Optavi & datus ē mihi sensus: & iuocaui / &
venit in me spūs sapiētie: & p̄posui illā regnis & sedi-
bus / & diuitias nihil esse dixi in cōpatione illi⁹. Verū
q̄ oē imp̄fectū suā p̄fectionē desyderat / cū viri sancti
in hac vita nō sint p̄fecte beati / augetur in eis desyde-
riū felicitatis eterne: dū sūt participes eius sicut scri-
ptū est. Qui edūt me adhuc esuriēt / & qui bibunt me
adhuc sitiēt. Ideo i eis hic implet̄ aliquo mō hæc secūda
petitio: & tamē ex ea nascit̄ desydenū p̄ueniēdi ad illā

quæ est perfectio. propter quæ nunquam dicere cessant. **A**due. reg. tu.
¶ FIAT voluntas tua sicut in celo & in terra. Ex participatione felicitatis eternæ. in hac vita sequitur statim in hominibus iustis hæc tertia petitio. i. rectitudo voluntatis quæ consistit in conformitate nostre voluntatis cum voluntate diuina. Hæc. n. sequitur beatitudinē. & ideo quanto quis magis beatitudini appropinquat / tanto magis in eo rectificatur voluntas. Præterea iusti vinum diuino lumine perfusi in suis contemplationibus clare vident mentes hominum tanto magis ad eternam felicitatem capessendam habiles esse / quanto magis fuerit conformes voluntati diuine. Cum ergo summo pe cupiāt puenire ad finem suū conātur per vias totis ita diuine voluntati in omnibus conformari / ut nulla in eis quæ obligat inueniri. ut vobis dei voluntas fiat in eis quæ sunt in terra sicut in his quæ sunt in celo. Ex abundantia quæ diuini luminis caro eorum a deo subiecti spiritui / ut iam non concupiscat aduersus eum. Ideo in eis etiam hæc implet petitio quantum ad hunc sensum. vobis quæ voluntas dei in terra sit. i. in carne eorum. sicut in celo sit. i. in spiritu ipsorum: sicut propheta dicebat. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.

¶ PANEM nostrum quotidianum &c. Ex his quæ dicta sunt statim sequitur etiam hæc quarta petitio: iusti enim per contemplationem ad tantam excelsam eleuati / nihil faciunt hæc omnia terrena: ideo statim simplicem sibi eligunt vitam: paucis minimisque contenti. Et quanto magis contemplando proficiunt tanto simpliciorē vitam amplectantur dies: nec possunt in alijs delectari quam in cibis celestibus, hoc est in diuinis scripturis. & in officijs diuinis, & in sacramentis in quibus quotidie versant: nec tamen satiatur. Fugerunt homines: continent multitudinem ciuitatis: vitæ pascua vitæ eterne perquirunt / ad dominum

suū quotidie clamātes atq; dicētes. Panē nostruz &c.
¶ ET dimitte nobis &c. Impletur quoq; i eis hęc qn-
ta petitio: q̄a dū occasiones fugiūt p̄ctōz auaritiam
videlz, & huius vani sęculi sollicitudines, dūq; q̄tidie
in sacris versant̄ eloq;is, & sacramētis eternis fugien-
tes hoim, p̄sertim malorū cōuersiones, & cū ange-
lis beatissq; p̄suetudinē habētes, p̄ hęc a peccatis mini-
mis: sine qb̄ nō uiuit hūana fragilitas: semp magis
magisq; purgant̄: & i alia rarissime vel nūq; plabūtur
Quia x̄o semp p̄ficiētes: semp magis in dei similitu-
dinē trāformantur, q̄ solē suū facit oriri sup bonos &
malos, & pluit sup iustos & iniustos: ideo facilimū est
eis diligere inimicos suos, bñfacere his q̄ eos oderunt
& orare p̄ persecūtibus & calūnantibus eos, ideoq;
facilius perfecte purgātur a deo & ad innocentiā quo-
dammodo baptismalem rediguntur.

¶ ET ne nos inducas in tētationē. Implet̄ etiā in eis
post q̄ntā hęc sexta petitio. Quia purgationē seq̄tur
illuminatio. Illūiationē vero seq̄tur inflāmatio. Inflā-
mationē aut̄ cōfirmatio. Nā mēs perfecte purgata a
p̄ctis atq; ab affectib̄ terrenis euulsā, p̄fecte etiā per
gratiā illuminat̄ a deo. Illuminata aut̄ dū bonitatē dei
humiliter ituetur diuio inflāmat̄ amore. Est. n. obie-
ctū amoris bonū cognitū. Amor aut̄ rē amatā p̄seq̄-
tur t̄to firmitus q̄to fuerit amor itērior. Quāto ergo
mēs iusti diuis fuerit inflāmatōib̄ magis accēsa: t̄-
to firmitior ē in bono. Vñ nō pōt a deo faciliter auerti.
Ideoq; p̄seq̄t hęc petitionē: vt vez, nō iducat̄ i tētatio-
nē. Scriptū ē ei. Iust̄ quasi leo p̄fidēs absq; terrore erit.
¶ SED libera nos a malo. Demū implet̄ in eis vltia pe-
titio: vt ita liberent̄ de potestate diaboli: vt minime

audeat ille malignus eis appropinquare: vidēs in illis
se nullā ptē habere. Quinimo dat eis potestas expels
lēdi demonia: & calcādi sup scorpiones: vt scriptum
est. Sup aspidē & basil scuz ambulabis: & cōculcabis
leonē & draconē. Liberabūtur quoq; ab oibus malis
psentibus nō qn eis eueniāt: s; qn nō illos perturbāt,
sicut scriptū est. Non contristabit iustū quicquid ei ac
ciderit. Vñ & apli ibāt gaudētes a cōspectu concilij:
qm̄ digni habitū sunt p̄ noie Iesu contumeliam patī.
¶ **PER** Iesuz Christū dñz nřz. Quia em̄ oē ipsectū re
ducit ad pfectū: sicut videm⁹ in naturalib⁹: q̄ cause
sunt pfectiores effectib⁹: & ab eis ois pfectio denuat
in ipsis effectib⁹: cū dñs nř iesus xp̄s pfectissim⁹ sit in
ter oēs & prim⁹: ab eo tāq; a capite in ceteros hoses tā
q̄ in mēbra sua, ois pfectio sanctitatis descēdit. & oia
merita hoīz i merito passiōis Christi p̄ficiūt. Alioqn
p̄ se imperfecta essent. Per p̄m̄ igit oēs sancti & iusti p̄di
ctas petitiones p̄secuti sunt: & p̄sequēt quotquot fu
turi sunt gaudētq; tāto amplius: q̄to p̄ hoc maiores
cōsequūtur honorē. Vnde clamabat apostolus dicēs.
Mihi absit gloriā: nisi in cruce dñi mei Iesu Christi.
¶ **Amen.** Verū est qđ dixim⁹, credimusq; hoc ip̄m̄ fi
deliter: & vt nā fiat & impleat in nob⁹, implebit̄ autē:
si corde humili & cōtrito p̄seuerātes in oñibus petie
rimus a deo hęc oia. que ip̄e nos petere docuit & p̄
cepit: dicēte dño nřo ac saluatore, Petite & dabitur
vob⁹: q̄rite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis.
ois enī q̄ petit, accipit, & qui q̄rit, inuenit, & pulsantē
aperiet̄ vita ęterna. ad quā nos per gratiā suā p̄ducat
deus pater, de⁹ fili⁹, de⁹ spūs sanct⁹, de⁹ trin⁹ & vn⁹ p̄
oia gloriosus & bñdictus in secula seculorum. Amen.

Haec sūt Philippe frater, q̄ a deo p̄ tuavtili-
tate nobis donata fuere. Scio me nec meri-
tis tuis, nec charitati erga te meq̄ satisfecis-
se. Q̄ si intellectus seq̄ret affectū, p̄ctāq̄
mea nō obstarēt, & charitati meæ, & laborib⁹ p̄fecto
tuis fecissem satis. Lege interim hęc, & opare, fortas-
se misericors deus nobis in posteruz meliora & secre-
tiora prestabit. Vale. Finis.

¶ Bartholomeus Italus Mutilianensis, Venera-
bilib⁹ viris sacre theologie p̄fessoribus dño docto-
ri Iohā. yong. ac dño Stephano Dovuce, S.P.D.

Aquit Britannia (vt de altero orbe sileam)
Reuerendi in Christo patres, qua animi
pietate / qua charitate / quo studio diu no-
ctūq̄ de Christi domini nostri Iesu paupe-
ribus benemereri certatim curetis. Vos enim duo
lumina orbis huius in tenebris errantibus præ-
sto semper estis vt in viam salutis eternæ redeāt: vos
afflictos consolamini: vos demū in omnibus opera
facitis euangelistarum. quæ pietatis opera / ipse im-
primis testari possum, nam ego homo exterus indo-
ctus & peccator qui nullo meo beneficio beneuolen-
tiam vestram promereri queo: tot tamē sum a vobis
mentis affectus / vt maiora vix orare possem, & quia
par pan referre non valui, tanq̄ rusticus, sterilis, lapi-
dus, ac incultus ager: immo sola ingratitude tot
tantisq̄ beneficijs vestris hactenus respondi. Desy-
derastis enim iam diu cognoscere sermones venera-
bilis viri fratris Hieronymi de Ferraria. & quia ver-
nacula Italorum lingua conscripti sunt: illius præ-
sertim loci vbi ego natus suz: quam vos minime nos

scitis, ea de causa sepi⁹ admonuistis / vt eos latinos fa-
cerē, qđ, vt dixi, hucusq; me miserū atq; ingratiſsimū,
beneficiorum immemor: efficere distuli / domesticis
negocijs impeditus. At vos assidua vestra religione
& humanitate: nihilominus in dies magis magisq;
emolumentis vbertim cumulastis, quare in præsen-
ti pudore victus non potui opus, etsi paruum, meis
tamen humens impar non aggredi: & quoniam nu-
per incepti longumq; esset expectare finē: & dimidiū
facti principium esse solet, igitur sermonem hunc de
natiuitate domini / de verbo ad verbum suasu & con-
silio tuę paternitatis domine mi Stephane, a me nu-
per in latinum versum / vobis mittere decreui: vt in-
telligatis me demū optatis vestris sanctissimis obtē-
perare non abuisse penitus. Ergo optimi patres hi-
lari vultu hoc munusculum accipitote: aliud prope-
diem accepturi, sermonem videlicet de dominis cura-
tis ac de eorum curę commissis: super quem inuigila-
re poterūt columbarum more super aquas residētū:
vt videant superuentis accipitris vmbra. Vale
te totius Anglię æternum decus. Ex Londino. viij.
Octobris. Anno domini. M.D.IX.

¶ Sermo reuerendi patris Fratris Hieronymi de
Ferraria: recitatus corā fratribus suis in vigilia Na-
tiuitatis dñi nostri Iesu Christi, de lingua vernacula
italorū in latinū conuersus de verbo ad verbum per
Bartholomeū Italū Mutilianēsem presbyterū.



Xaltaui te ingrata inobediens anima at-
q; peccatrix / a stercore lutoq; peccatorum
a sece iniquitatum, a portis mortis, a ma-
la consuetudine tua: & a seculi conuersa-

tionē. Ad tabernaculum meum sanctissimum: & ad
claustrum religionis sanctę reduxi te (immerito licet)
vt annūcies, prædices laudes meas fratribus tuis: in
factura mea/ creatura mea es: & inconsideratis infi-
nitis negligētis tuis exaltaui te ingrata & inobediēs
anima: feci te meum instrumētum annūciādi gratia
meū dulcem amorē, meā benignitatē, infinitā pieta-
tem meā, meā misericordiā, dilectis meis creaturis
& sponis aiabus rationabilibus hic præsentibus: vt
mediante tua obedientia officijque tui operatione: quę
mea gratia concessi tibi, & vt ipsi dilecti mea inflam-
mata verba humiliter audiendo (interueniente tua
lingua) hodie aliquā dulcedinem consolationēque ha-
beant in meū dilectū vnigenitū filiū/ & tandem vitā
ęternam. Tu autē ingrata anima quando opus est nō
loquens: immo sicut arida/sterilis/ infructuosa facta
es atque muta. Aperi nūc linguam o anima peccatrix
eleua nunc vocē, excita spiritus, cōpone verba. Quid
facis? Quid cogitas tu o aia? Domine audiui audi-
tionē tuā & timui: Dñe opus tuū & expaui: neque mi-
hi conceptus aliquid est quo hoc tuum inauditum &
stupendum miraculum comprehendere valeam/ nō
mihi vox vlla est quę hac in re tam mirabili mihi cō-
grua sit, videlicet ad declarādū laudes tuas. non sunt
mihi vllę vires: neque nomina, neque vocabula quibus
tuū infinitū amorē manifestare queam. Quis nā oro
intellectus, & quę vox exprimere posset altissimam, incō-
prehensibilē, ineffabilē, intelligibilē increati tui genitij
que verbięterni splendorem? quę capacitas/ quę lingua
sufficiens esset ad manifestandum hodie humilitatē
altissimi verbi, infinite maiestatis paupertatem, car

nem ineffabilis & inuisibilis dei? Puer enim natus
est nobis, & filius datus est nobis, vnus magnus,
vnus paruulus hodie natus est nobis, vnus filius
gēnaliter genitus & temporaliter natus, in celo ge-
nitus a patre sine matre, i terra vero sine patre natus.
Hodie humanæ gñationi donatus est. Populus qui
ambulabat in tenebris vidit lucē magnam: & habitā-
tibus in regione mortis/atq; in pētōz cęcitate lux or-
ta est eis, & maxio s, lēdore circūfusus hodie mirabi-
lis sol natus est habitātibus in vmbrosa regiōe obscu-
rę mortis. Ecce dies a pphetis tā desyderatus: nō ti-
meatis vltra dilectissimi ire p syluas/p deferta & des-
uia loca, scriptū est eni. Habitabit lupus cuz agno &
pardus cū hēdo accubabit, vitulus, leo, & ouis mora-
būtur simul: puerq; paruulus minabit eos, hodie nā
q; nat⁹ ē puer paruulus: q supboz cornua hūilabit;
incipiet hodie totus mūdus cōmutari. Venite o ma-
gi ab oriēte ab hoc puulo adducti, humiliamini sub
ipso, dimittite coronā, osculamini pstrati in terra in
vno stabulo scētōs pedes. O romanum vniuersale im-
perium accingete atq; p̄parate te: eo q puer paru-
ulus minabit te. O imperator romanorum, o leo, o lu-
pe rapax, o totius mūdi opp̄ssor, Puer paruulus mi-
nabit te, humiliate te, irruet in facies tuam pstratus in
terrā: & vnus piscatoris osculare pedes, dona sibi co-
ronam: & eius verba tota desydera mēte: obedi sue le-
gi: atq; huic puerulo vniuersum suppone orbē. O p̄n-
cipes, o domini, o philosophi, o sapiētes scēculi silete:
claudite ora vestra, claudite fauces, humiliamini: q
puer paruulus minabit vos. Cōfortare mundus/ eo
q a tuo mōerore subleuat⁹ eris. Cōsolamini humana

generatio: quia tuę lamētatiōes exauditeę fuerunt. Iu-
bila aīa: quia spōsus dulcis tuus aduenit. Confitebor
tibi qm̄ iratus es mihi, cōuersus est furor tuus & p̄so-
latus es me. ecce deus meus saluator meus / fiduciali-
ter agam & nō timebo. Confortamini dilectissimi: ec-
ce præsens spes nostra est. Cōsolamini iusti. confidite
peccatores: haurietis aquas i gaudio de fontib⁹ salua-
toris & dicetis in illa die. Cōfitemini dño & inuocate
nomen eius qm̄ magnifice fecit: annūciate hęc i vni-
uersa terra. O sitiētes. o illuminati: venite ad fontes
O ardētes in amore huius paruuli venite ad fontes:
currite / currite ad dulcem aquaz: venite ad mare oim
gratiarū atq; misericordiarū. Et qui non habetis au-
rum neq; argentū: pauperes: nudi: sine vlla penitus
cōsolatione afflicti, nolite morā trahere, festinate, di-
co, fortificate genua dissoluta: sanate pedes & nolite
dubitare: nō est hic opus vi / neq; imperio / nō est op⁹
margaritis neq; p̄tiosis lapidibus: hic non auro neq;
argento emitur: absq; moneta & sine aliqua cōmuta-
tione gustate: accipite abundanter celeste vinū & dul-
celac. O anima dormiēs, o pigra, o insensata: exurge
a tuo graui somno, aperi oculos tuos. induenūc glo-
riam vestimētorum tuorum, exurge dico & laua te a
sordibus, excute pulueres, collige flores, pone sertum
capiti, propera, vade ad dilectum tuum, solue laq̄os
anima captiua, frāge catenas, aperi clausuras: quia
ego ipse qui loquebar ecce assum. Quid ergo facis ani-
ma peccatrix & sterilis? respice & consydera q̄ pulchri
sint gressus eius. O q̄ speciosi & candidi supra mōtes
supra altitudinē cōtēplationū: supra verticē oim p̄fe-
ctionū sint pedes: sint affect⁹: sint delitię illius q̄ an-

nunciat qui p̄dicat hodie hāc pacē, q̄ annūciat & p̄dicat
dicat illud inestimabile bonū, q̄ annūciat & p̄dicat sa-
lutē, qui dicit Syon regnabit deus. Leua oculos tuos
& respice in cœlū, aperi aures, aperi cor tuum, contē-
plare āgelos, gusta dulces melodias qualiter cantant
Gloria in excelsis. Inclina oculos, respice in terras, vi-
de pastores supra puerulum: & reuersi sunt glorificā-
tes & laudātes deū in oibus q̄ audierant & viderant.
Dirige lumina tua ad orientem, cōsydera magnū fet-
uorē magorū, velocē cursum, eorū fiduciā, vocem au-
dacē pacis. Vbi est qui natus est rex iudeorū? Ingrede-
re in cortuū, claude cubiculū, volue visum per totū
vniuersum, respice ad orientē, respice ad occidentem
cōtēplare austrū, cōsydera ad septētrionē: q̄ sunt isti
qui vt nubes volāt: & quasi columbē ad fenestras sua-
as? Candidiores niue &c. Isti sunt p̄dicatores pacis
annūciatores salutis, tubę cœli, & tonitrua paradisi
In omnē terram exiit sonus eorū &c. O p̄dicator
o tuba resonans, ascēde in altum, ascende supra mon-
tem, exalta cū magna vi voces tuā, roborā sp̄m tuū.
noli tibi dare requiem, noli erubescere, clama, resona
p̄dica populo meo: ecce deus videt, ecce dñs de⁹ in for-
titudine veniet & brachius eius dñabitur. Ecce mer-
ces cum eo: & opus illius corā illo. O Iudēa incredula
o synagoga cœca, o popule obstinate, quid facis? dor-
mis tu? es grauatus somno? Ecce lumē tuum, aperi
oculos tuos, cōsydera q̄ tu habes thesaurum domi,
surge illumina hierusalem q̄a venit lumen tuū: &
gloria dñi super te orta est. Audi qd tibi dicunt magi
vade cū eis & quere puerulum: sequere stellam. O ste-
rilis, o deserta, inuia, & inculta, plena spinis, durissi-

me lapis, impia gētilitas, tu q̄ nō paris filios spūales
tu q̄ nō facis fruct⁹ sanctę opationis, tu q̄ dormis in
tenebris/leua caput tuum in altum: respice quale no
uus lumē venit ad oculos tuos, expelle a te tenebras
munda cor tuum, efficere sponsa Iesu, efficere mater
fac festiuitatem, exulta, iubila, lauda, canta alleluia:
quoniam multi filij desertę magis q̄ eius quę habet vi
ruz. Dicit dñs, si fuisti sterilis/nūc eris mater: & habe
bis plures filios q̄ tua mater synagoga. Dilata ergo
pelles tui tabernaculi, extende eas fortiter, noli parce
re, prolonga funes. Consolida clauos eo q̄ tibi crescēt
tot filij ita q̄ in periculo erunt retrā: tu penetrabis
ad dextram & ad sinistram/& filij tui per totum vni
uersum, non timebis ergo neq; verecundaberis vltē
rius adolescentię tuę, obliuisceris amissionē tēporis
non recordaberis amplius opprobrij viduitatis tuę
quia ecce dominus q̄ te creauit/hodie te despōsat, ho
die te coronat, hodie te honorat, hodie causa tui facit
magnam festiuitatē, montes mouebuntur, mare sta
bit quietū, fontes aperiētur, mīa mea erit supra te, fa
ciā tecū pactū dulce ac sempiternū. O beata paupcu
la exposita ad oēm tēpestatē sine aliqua cęlesti conso
latione: tu hodie exaltaberis: faciā tibi muros in cir
cuitu adamantinos, plateas de zaphyris/& eris re
pleta omnibus rebus desyderabilibus. filij tui erūt in
amore perfecti, sapientia splendidi, pace quietissimi,
Cantate dño cāticum nouum: laus eius ab extremis
terre, qui habitare facit sterilem in domo matrem fi
liorū lętantē. Cōfortamini ergo manus dissolutę, cō
firmamini genua, clamate mecū, leuate vocem & di
cite. O pusillanimes confortamini & nolite timere

ecce deus vester: nūc aperiētur oculi cæcorū, nunc sur-
dorū aures audiēt, saliet debiles sicut cerui, soluentur
linguę mutorū, erūpent cataraçę cœli: & terrę fontes
aperiētur. O btā gētilitas, o beata stentitas vnde tibi
euenit tanta mia, aia cōtēptibilis, gēs abominata- q̄
seruiebas idolis, vnde venit tibi tāta grā? Principes
remanēt stupidi, reges humiliati sunt, dñi posuerūt
capita sua in terra. Laudate cœli & exultet terra. Iubi-
late mōtes laudē: q̄a cōsolatus est dñs populū suū, &
pauperū suorū miserebitur. O aię incarceratę in tene-
bris terrę- incluse i limbo: leuate oculos, dimittite plā-
ctus, abstergite lachrymas, nolite exclamare plus in
aures creatoris, canite laudes nouas, p̄uertite plāctū
in risum, lamētationes in gaudiū, exultate, rūp̄ite ca-
tenas, dirūp̄ite portas: q̄a natū est desyderiū vestruz
spes vestra- amor cordis vestri. Noli clamare plus
Esaia, Vtinā; dirūperes cœlos & descēderes, ecce quia
ipse inclinauit cœlos- rupit portas- aperuit fontes- ir-
radiauit terrā & expulit tenebras: nunc confringetur
rex Babylonię: nūc erit vester coactor percussus: nūc
ligabitur vester ligator, princeps dico tenebrarū. Ca-
nite hęc parabolaz cōtra ip̄m, Quō cessauit exactor?
quieuit tributuz? quomō cecidisti lucifer? qui mane
oriebaris: corruisti in terrā: qui vulnerabas gentes- q̄
dicebas in corde tuo- in cœlum conscendā super astra
dei: & exaltabo solium meum. O spiritus cœlestes ve-
nite nobiscū ad faciendum festiuitatem insimul: iubi-
late iam in terra: honorate hoīem: facite festū: q̄a v̄ra
ruina restaurabit, ponētur in ip̄a noui lapides: nouę
structure- nouę portę- candidę margaritę: & in funda-
mēto vnus lapis āgularis elect⁹ p̄tiosus- mirabilis-

Sup̄ēdus: nūq̄ visus ab oculis nostris: q̄ est christus.
Iubila ergo cœlū: exulta terra: lauda & treme inferne
eo q̄ hodie apparuit res noua in mūdo: inaudita, &
incōprehēibilis: dulcis: suauis oibus q̄ eā gussāt. ver-
bum caro factuz est. Sed quid debeo dicere de te o bea-
tissima & gloriosissima mater Maria: debeo ne te ho-
die omittere: forsitā ego hodie non debeo de te facere
mēt̄ionem. quis posset excogitare iubiluz tui cordis:
dulcedinē tuę mēt̄is: admirationez magnā tui ipsius
maximā tui cōsolationem: altissimas tuas cōtēpla-
tiones: Tu peperisti virgo sine dolore: sine passiōe:
aliena totaliter ab oī lamentatione: sicut fuisti aliena
totaliter ab omni corruptione: immo cū magno gau-
dio cantantibus tibi angelis circūcirca. O quanta pie-
tas te cōmouit & contriuit cor tuum quando dulcis-
simus puerulus se tibi matri presentauit corā, quan-
do se posuit in terra quando in foeno euz collocasti in
vno stabulo. O beata Maria. O felix puellula. O ma-
ter gloriosa intacta: mater immaculata: mater & vir-
go, Virgo fecūda. Virgo fructifera. Virgo ante par-
tum. Virgo in medio partu. Virgo post partuz. Ma-
ter tui factoris / tui creatoris / tui plasmatoris / mater
tui patris: immo patris omniū creaturarū: amplex-
tere dominū tuū: osculare q̄tum vis deū tuuz: satia-
te dulci eius aspectu: suscipe eum in sinum: aperi vir-
gineum pectus & lacta eum: pasce eū qui angelos nu-
trit, tuo cœlesti lacte, da nutrimentum tuorum san-
ctorum vberū illi qui totū nutrit mundū. Extingue
sitim & famē tuo dulci lacte illius q̄ satiat oīnes aīas
beatas: liga illū quē tetus nō capit orbis: stringe eū q̄
totū amplectitur mundū, guberna illuz qui totū gu-

bernat eū/canta illi laudes apud conabulū: ostende
te illi hilarem: ride ei in faciem applaudendo/porta
eum qui totum fert mundum: sopora illum qui nū-
q̄ dormit, custodi eum qui facit cœlos tremere. Dic
mihi rogo Maria, quomodo stat cor tuū? vbi est cor
tuum? vbi est anima tua? quid dicit lingua tua? quid
cogitat mens tua? certe domina mea: regina mea: nō
posses hęc mihi narrare tuo indigno seruo: non quia
tu nescires: sed quia ego ipse non essem capax. O inexti-
mabile gaudium: O inestimabilis dulcedo: O iubi-
lum incōprehēibile: O Maria dulcissima: O glorio-
sissima sup oēs beatas, te obsecro per viscera tuę p̄ta-
tis/per hunc dulcē diē/per ineffabilē misericordiā tuī
vnigenitī filij, per tuūz factū vētrem q̄ eū portauit, p̄
dulcia vbera quę eum lactauerūt, vt digneris voluere
oculos tuę clemētię supra me miserimū & ingrati-
mū p̄tōrē, supra me infelicissimū hoīem mortalē, su-
pra hūc canē mortuū ac inutilē, supra hūc puluerem
& cinerē ad tumidū vētū, noli indignari mihi p̄pter
imunditias p̄tōrū meorū: miserarū: & propter fęces
istius putredinis meę, istius luti, istius stercoreis meę
turpissimę vitę, & recordare oro virgo Maria q̄ pro
me & p̄ p̄ctis meis & miseris, tu es virgo & mater, p̄
me tu es mater tui p̄ris, p̄ metu es m̄ dei, in te deus
factus est hō, p̄ me in te oipotēs fact⁹ est mortalis, p̄
me in te verbū caro factū est. Te igit̄ rogo p̄ hęc in te
& me ineffabilē miām vt tua gloria mirabilis nō in-
dignet meę miserię iestimabilis, ora filiū tuū q̄ p̄ me
& te se fecit mortalē/meū fratrē & filiū tuū ac sp̄sūm
vt dimittat mihi mea infinita p̄ctā, meas ignorātiās,
meā ingratitudinem, meas infinitas negligētias, & ne

reminiscatur delicta iuuentutis p̄teriti t̄pis, & obliuiscatur iniuriarū adoleſcēt̄ie meę, & q̄ me mūdēt ab oī macula & remittat mihi oēm offenzā vsq; ad hāc p̄sentē horam. O m̄r dulcissima, o pia, o clemētissima. Ego amēs mea ex causa elongaui me, alienaui me, remouī me, sepauī me a meo dulci creatore, p̄ meā culpā palpaui tenebras, & nō video verum lumē. Recollige me te oro o Iesu benigne p̄ viscera tuę pietatis, & p̄ merita tuę dulcis matris, libera hūc captiuū, restaura istā animā pditā, recollige istā mētē diuisam, illumina meas tenebras vt eū p̄pheta cantare possim. Nox illuminatio mea in delictis meis: quia tenebrę nō obscurabūtur a te. O Iesu verū lumē mūdi, tu ias fregisti saxa / inflāmaſti mūdū / visitaſti terrā & iebriaſti eā: Vbi sunt misericordię tuę antiquę? ecce quomō inuenio me aridū & siccum in amore tuo. Iesu fac me tuo dulci amore lāguere. Iesu fac me iam mori. Iesu fac me sentire tuum dulcem ignem in corde meo. Adiuuro vos filię hierusalem si inueneritis dilectū meuz: vt nūcietis ei q̄ amore lāgueo. O ap̄le meus ego non recordor hodie tui: Iesus interrupit sermonē vt nulla tui fieret mētio. Iesus posuit se ī medio & ego ei⁹ causa te dimisi / de te nō facio existimationē / nisi q̄a tu es seruus su⁹ & amicus: q̄ amat sp̄suz amat & amicos sp̄s: & ego nō lego tuas ep̄las causa tui s; cā sponsi: nisi loq̄teris ī eis de Iesu nūq̄ vellē eas legere / nūq̄ eas videre: dimitterē eas puluerib⁹: null⁹ mihi liber plac; vbi nō inuenio dulcissimū Iesuz. tu ergo loq̄bar mihi de sp̄so & ego te audiebā libēter q̄a amabā sp̄sū: nūc q̄a p̄ns ē, te dimitto & adhereo illi: q̄a sine ip̄o nō amare te neq; oēs sc̄tōs cęli. Redēdo ergo ad te dñe Iesu &

dñā mea Maria vos ioro : vt hac die sitis mēores n̄ri
q̄ sum⁹ hic i noīe v̄ro p̄gregati, memēto dñe q̄ causa
n̄ri sumpsi carnē, memento dñā q̄ p̄pter nos facta
es m̄r, p̄pter nos dñe fact⁹ es frater n̄r, causa n̄ri dñā
facta es m̄r n̄ra, p̄ nos dñe humiliat⁹ es i terra, p̄ nos
dñā exaltata es in cōlo. Ergo p̄pter istā pietatē: p̄ tā-
tā miām rogamus vos q̄ dignemini aperire celos &
descēdere in cordib⁹ n̄ris. Eia respice Iesū & cōsydera
Maria in qua p̄cella positi sum⁹ quāta est calamitas
n̄ra: intra tot v̄tos vallati, tot⁹ orbis cōfusus, iuolu-
tus absq̄ v̄llo ordine, oīs virtus est extincta/nō inue-
nitur vnū viuū lumē: terra oppressa est ab om̄i vitio
ita vt nisi extēderitis piā manū-remedium aliud mi-
nime inueniri pōt quo liberari possim⁹. Heu dñe mi
heu dñā mea : memētote istius diei q̄n rupti fuerunt
celi & paradus posita fuit in terra. Māda deus virtu-
ti tuę: cōfirma hoc deus qđ operatus es in nobis.

¶ Dilectissimi in istis diebus maneatis i oratione &
laudibus: mūdare corda v̄ra p̄parate locū Iesu: sitis
in p̄tēplatiōe ip̄ius cū Maria in p̄sepio: nolite inebri-
ari vino sed i pleamini sp̄s sancto/incipite hodie vnā
nouā viā: dicite cū p̄pheta, Hęc dixi nūc cœpi. & roga-
te etiā p̄ me p̄ctōre vt deus dignē agere miām mecū
& facere me suū bonū seruū fidelē & ego idē facias p̄
vobis: vt participes simus hodiernę gratię ac pieta-
tis: & possimus peruenire ad perfectā gloriā beatorū:
vbi videbit Iesus facie ad faciē. Qui cū patre & sp̄i-
tus sancto est deus b̄ndictus & gloriosus per infinita se-
cula seculorum. Amen.

¶ Finis in quibus Ascensionis
Ad pascha. M.D.XVII.